

pendia,¹⁸ quia operibus¹⁹ sumptuosis in posterum non erit opus; si civis noster morbo comitali mederi²⁰ poterit, multorum infeliciam gratiam merebit atque inter lumina²¹ generis humani nominabitur.

Profecto,²² ut columna²³ ignea lucent nobis litterae et artes et labantibus²⁴ lentisque pedibus humanis auxilio properant, ut hanc vitam faciliorem reddant...

Quamquam intra nostros fines unius populi sumus filii, unam patriam amantes,

tamen in litterarum studiis omnium populorum cives fratres sunt, quorum processus²⁵ ad²⁵ altiora²⁵ cunctis in utilitatem cedit.²⁶

¹⁸ megtakarítás ¹⁹ hálózat ²⁰ gyógyít ²¹ híresség
²² valóban ²³ oszlop ²⁴ ingadozó ²⁵ magasra törés
²⁶ válik.


De Pompeis. X.

In hac tabula alia instrumenta nobis proponuntur, quae similitudinem inter antiqua et nostra clarissime demonstrant.

Falcem (48) videmus, quali nunc quoque messor¹ utuntur. Agricola, qui *stimulo*² (49) boves in agrum egit, *aratro* (76) humum arat. *Glebae*,³ quae aratro adhaerent,⁴ *rallo* (64) detruduntur.⁵ Labore perfecto messor *pedo* (65) innixus quiescit. Inter agros saepe *Hermae* (54) positi erant, quibus fines constituerentur. Cum *solarium*⁶ (74) tempus meridianum indicasset, agricolae prandebant et *amphorā* (57) vinum promebant.⁷ *Calendarium*⁸ (58) marmoreum Pompeis reperiuntur. Indicat circulum⁹ signiferum,⁹ menses, dies, sacra et opera rustica. Fructus *molā* (92) molebantur,¹⁰ diligens pater familias cultros¹¹ hebetes¹² *cote* (93) acuebat. *Perpendiculo*¹³ (63), *libellis*¹⁴ (66) et *normis*¹⁵ (71, 72) caementarii¹⁶ nunc quoque utuntur, cum in usu operario¹⁷ et domestico sint *mallei* (50, 51, 60, 61), *serra* (56), *ascia* (52) et *scalprum* (59, vide 44!). *Mensuram* monstrat numerus 78., ubi pes Romanus in uncias et digitos dividitur.

Reliqua sunt instrumenta¹⁸ scriptoria¹⁸ similiaque. *Stili* (67, 69), *pennae* (68, 91), *atramentarium*¹⁹ (75, 83), *tabellae scriptoriae* (70, 87,


1 arató 2 osztóke 3 rög 4 tapad 5 le-szed 6 napóra 7 tölt 8 naptár 9 állatkör 10 örlő 11 kés 12 hebes tompa 13 mérődn 14 vízszínmérleg 15 zsinórmérték 16 kő-műves 17 ipari 18 írószer 19 tintatartó



89), *pugillares*²⁰ (73), *graphium*²¹ (77), volumina (82 [cum umbilico²²] 84, 85, 95), *capsae*²³ (81, 85, 86), *culter*²⁴ *chartarius*²⁴ (88), *epistola* (90) complicata,²⁵ obsignata,²⁶ inscripta,²⁷ *circini*²⁸ (79, 94), *machina*²⁹ *pictoria*²⁹ (80).

Sescenta alia enumerare possum, quorum exempla sive ex rebus veris, sive ex picturis sumpta sunt. Sed haec³⁰ hactenus!³⁰


²⁰ jegyzőkönyvecske ²¹ íróeszköz ²² pálcika vége, mely köré a könyvet göngyöltették ²³ táská ²⁴ papírvágó kés ²⁵ összehajt ²⁶ lepecsétel ²⁷ megcímez ²⁸ körző ²⁹ festőállvány ³⁰ elég ennyi.



LECTORIBUS MINIMIS.

Argonautae.¹

Phrixus et Helle erant liberi Athamantis, Thessaliae regis. Cum autem mater eorum, Nephele mortua esset, Athamas alteram uxorem duxit, nomine Ino, quae prioris uxoris liberos male tractabat.²



Lactuca¹ Sixti V.

Pontifex Maximus² Sixtus V. cum pauper monachus³ esset, cognovit⁴ advocatum⁵ quendam, quem pro honestate et iustitiā magni aestimavit. Proverbium⁶ enim est: advocatus et honestas non sunt amici.

Postea advocatus in⁷ extremam inopiam⁷ incidit,⁷ Sixtus autem ad summam dignitatem, ad Petri sedem evectus⁸ est.

Noster mole⁹ curarum obrutus aegrotare¹⁰ coepit. Amici eius oraverunt medicum Sixti, ut pontificem maximum de conditione¹¹ advocati certiore¹² faceret.¹³ Medicus postquam sibi coram¹³ persuasit advocatum male se habere, de conditione eius papam edocuit.¹²

Nephele, quae dea facta³ est,³ hoc animadvertit,⁴ itaque liberis suis arietem,⁵ aureo velere⁶ vestitum, misit. Imperavit, ut hunc condescenderent et promisit se eos servaturam esse. Liberi faciunt id, quod mater imperaverat.

Tum aries in altum⁷ sublatus⁸ per aërem volavit, ut liberi insidias⁹ novercae¹⁰ effugerent. Sed postquam magnum iam iter perfecerunt, Helle subito despiciens¹¹ vertigine¹²

correpta est et in mare decidit. Unde haec pars maris vocabulo Graeco Helles pontus = Hellespontus (mare Helles) appellata est.

Phrixus autem iter continuavit,¹³ donec in Colchidem¹⁴ perveniret. Cuius terrae rex erat Aetes, qui Phrixum hospitaliter¹⁵ excepit.



¹ Az Argo hajósai ² bánik ³ lett ⁴ észrevesz ⁵ aries kos ⁶ vellus gyapju ⁷ magas ⁸ tollo emel, tollor emelkedik ⁹ csel, csalárdság ¹⁰ mostoha ¹¹ tekint ¹² szédülés ¹³ folytat ¹⁴ Colchi, a Kaukázustól délre fekvő vidék ¹⁵ vendégszeretően

— Ego medebor¹⁴ illi, dixit Sixtus pontifex.

Medicus scire cupivit,¹⁵ quomodo et quibus medicamentis¹⁶ Sixtus advocatum invisitatum¹⁷ sanare¹⁴ vellet. Tertio igitur die ad advocatum ivit, quem iam in optima valetudine invenit. Medico interroganti advocatus ostendit¹⁸ medicinam, quae non fuit aliud, quam corbicula¹⁹ lactucā viridi plena. Medicus admirans exclamavit: Et hoc olus²⁰ utile fuit tibi? — Non solum hoc, respondit advocatus, sed etiam mille aurei, qui in ima²¹ corbicula²¹ erant.

Ex eo tempore, si quis Romae de²² pecunia²² laborabat,²² saepe audiebatur: «Hunc quoque lactuca Sixti sanaret».

Ad narrationem Italicam
Ioannes Vörös a Tőrey.

¹ saláta ² pápa ³ szerzetes ⁴ megismer ⁵ ügyvéd ⁶ közmondás ⁷ nyomorba jut ⁸ emelkedik ⁹ tömeg ¹⁰ betegeskedik ¹¹ állapot ¹² értesít ¹³ személyesen ¹⁴ gyógyít ¹⁵ kíván ¹⁶ orvosszer ¹⁷ látatlanba ¹⁸ mutat ¹⁹ kosárka ²⁰ zöldség ²¹ a kosárka alján ²² pénzzavarban volt.

Hic igitur postquam arietem, qui eum servaverat, Iovi sacrificavit, vellus aureum regi donavit. Rex vellus Marti consecravit et in luco,¹⁶ deo sacro, clavis¹⁷ in quercu¹⁸ fixit.

Deinde autem oraculum¹⁹ datum est regi tum eum periturum²⁰ esse, si homines peregrini²¹ vellus abstulissent.²² Hoc oraculo²³ tam crudelis factus³ est, ut nulli peregrino parceret;²⁴ sed omnes interfecit.

Hoc fecit eo²⁵ consilio,²⁵ ut si fama de crudelitate Colchorum divulgaretur,²⁶ nemo illuc venire auderet,²⁷ sed omnes timerent, ne a rege crudelissimo interficerentur.

Verba publica.

Obsequium²⁸ amicos, odium odium parit. — Obstupui²⁹ steteruntque comae³⁰ et vox faucibus³¹ haesit.³² — Oculi avidiores³³ sunt, quam venter. — Oderint,³⁴ dum metuant. — Odi profanum³⁵ vulgus et arceo.³⁶ — O fallacem³⁷ hominum spem fragilemque³⁸ fortunam et omnes nostras contentiones!³⁹ — O fortunate adulescens, qui tuae virtutis Homerum praeconem⁴⁰ inveneris! — Oleum addit camino.⁴¹ — Oleum et operam⁴² perdidit. — Olla⁴³ male fervet.⁴⁴ — O⁴⁵ mihi praeteritos referat si Iuppiter annos!


16 berek 17 clavis szeg 18 tölgy 19 jóslat 20 elpusztul 21 idegen 22 aufero elvisz 23 . . . következtében 24 kegyelmez 25 azért 26 elterjed 27 merészel 28 engedékenység 29 obstupesco megborzad 30 haj 31 torok 32 megakad 33 kapzsi 34 (hadd) gyűlöljenek 35 avatatlan 36 távoltart 37 csalfa 38 törekeny 39 törekvés 40 praeco hírnök, dicsőítő (boldognak mondja Cicero Achillest, hogy olyan költő énekelt meg, mint Homerus) 41 kandalló (olajat a tűzre) 42 fáradság 43 fazék 44 forr (rosszul hámlik a hárs, rosszul áll a szénája) 45 o si mihi Iuppiter praeteritos annos referat!



Anno 1912. Holmiae¹ olympias celebrabitur, certamen illud gymnicum, cui omnium gentium athletarum principes intererunt. Nuperrime ad deliberandum convenerunt delecti² nostri, qui partem certaminum capessent.³


Claudiopoli⁴ certamen soleis⁵ ferratis⁵ per glaciem currendi inter universitatum discipulos positum est. Victores discesserunt I. Voith, qui 1500 metra 3 sexagesimis⁶ et 21 momentis,⁷ F. Virág, qui idem spatium 3 sexagesimis 9²/₅ momentis et C. Levitzky dr., qui 500 metra 57²/₅ momentis percurrit.

¹ Stockholm ² bizottsági tag ³ vesz ⁴ Kolozsvár
⁵ solea ferrata korcsolya ⁶ perc ⁷ másodperc.



GEOGRAPHICA.

Inter monumenta, quae magnitudinem Romanorum demonstrant, eminent via, quam imperator Traianus in ripa dextera Istri,¹ in Moesia² Superiore,² prope Portam,³ quae dicitur Ferrea,³ incidit.⁴ Viam antiquam, nunc inutilem, anteridibus⁵ duabus clausam



videtis. Memoriam imperatoris servat tabula, cuius titulus TABULA TRAIANA novus, inscriptio tabulae renovata haec est:

IMPerator · CAESAR · DIVI · NERVAE · Filius
NERVA · TRAIANVS · AVGVstus · GERMANicus
PONTIFex MAXIMVS · TRIBUnitia POTestate IIII.⁶
PATER PATRIAE · CONsul III.
MONTibus excisis amniBVs⁷
SVPerATis viam fECit.

Inscriptioni, quae est litteris maiusculis,⁸ ut clare intelligi possit, minusculas adiciendas putavimus.


¹ a Duna alsó része ² Szerbia ³ Vaskapu ⁴ vág
⁵ támasztó pillér ⁶ negyedizben ⁷ amnis folyó ⁸ nagy.



Non est dubium, quin in arte aëronautica Galli summum teneant locum. Quod novissime demonstravit Blériot, aëronauta ille clarissimus, cuius machinam primam Budapestini admirati sumus, qui primus Fretum¹ Gallicum¹ transvolavit. Nunc machinā Blérioti, cui nomen «XIII.» inditum est, Lemartin, aëris peritus cum 7 vectoribus² sublatus³ complures orbes⁴ in aëre eleganter riteque descripsit.


Aliā Blérioti machinā Bellanger centurio subvolans³ quinque horis et decem sexagesimis Parisiis Burdigalam⁵ iter fecit, quae velocitas⁶ non solum adaequat,⁷ sed etiam superat velocitatem maximam vecturae⁸ citatoris.⁸

1 la Manche 2 utas 3 felszállva 4 kör 5 Bordeaux 6 gyorsaság 7 fölér 8 gyorsvonat.




Cuniculos¹ vis educare? Scito cicures² formā haud dissimiles esse feris, itaque stabulum³ ita instrues, ut consuetudini ferarum conveniat. Imprimis tuere⁴ bestias a humoribus,⁵ ad quem finem stabulum pedibus imponitur, et quia cuniculi fodere⁶ amant, parietes et pavimentum⁷ stabuli solida⁸ sunt. — Sunt qui cuniculos inter bestias magnas (equos, vaccas) circumcursare sinant, ubi magna pars eorum pedibus obteruntur.⁹ Pictura monstrat stabulum in duas partes divisum, praeterea in minore latibulum¹⁰ est, ubi animal se abdere foetumque¹¹ ponere possit. Cura, ut stabulum quotidie purgetur et pastus,¹² qui bestiis ter in diem praebet, varius sit: foenum,¹³ trifolium,¹⁴ panis, grana, furfur¹⁵ cum lacte vel aquā inter se varientur. Si cuniculos ad

usum culinae¹⁶ opimare¹⁷ studes, sagina¹⁸ eos abunde, sin subolem¹¹ numerosam desideraveris, minus eos saginabis. Evenit, ut par cuniculorum in annos singulos 40—50 pullos pariat. Qui animalia amat, clamori-



bus acrioribus, motibus vel attractionibus¹⁹ asperis²⁰ ea non terrebit.

1 házi nyúl 2 szelid 3 istálló 4 óv 5 nedvesség 6 tőr 7 fenék 8 erős 9 eltapos 10 búvóhely 11 fiakat 12 élelem 13 széna 14 lóhere 15 korpa 16 konyha 17 hizlal 18 etet 19 fogdosás 20 durva.



Ultima superioris anni nocte recens¹us¹ populi¹ Hungarici habebatur, qua occasione incolarum 881.601 in capite regni, Budapestini inventi sunt. Inter magnas Europae urbes haec nostra locum nonum obtinuit usque adhuc, anno 1891. erat duodecima, anno 1881. duodevicesima. Cum autem ceterae urbes finibus prolatatis,² pagis³ vicisque³ adiectis augeantur, Budapestinum per se crescit.

Parisiana, navis Britannica, cum in Australiam veheretur, in alto⁴ igni correpta est. Per quattuor dies frustra nautae ignem

1 népszámlálás 2 kiterjeszt 3 nagyobb és kisebb helység 4 nyílt tengeren

impugnare⁵ nitebantur; denique cum multis aerumnis,⁶ septem lintribus vagantes in insulam Sancti Pauli, hominibus⁷ vacuum⁷ pervecti sunt. Ibi sepeliverunt duos socios, qui languore⁸ geluque confecti erant. Cum superstites iam de sua salute desperassent, valetudinarium⁹ invenerunt, quod ante duodeviginti annos a Gallis aedificatum, alimentis¹⁰ rebusque aliis necessariis instructum erat. Igniariis,¹¹ in valetudinario repertis ignem excitaverunt, quem noctu dieque alebant. Denique Id. Ian. navi Britannicā liberati sunt.

Calamitatum maritimarum nuntius plurifariam¹² affertur. Navis Hispanica, cui nomen erat Lepanto, carbonibus¹³ onerata, in vadum¹⁴ eiecta¹⁴ est.¹⁴ Viginti duo nautae, e quibus duorum corpora ad litus appellabantur, fluctibus¹⁵ mersi¹⁵ esse nuntiati sunt. — E *Barcinone*¹⁶ de tempestate horrida nuntius affertur. Viginti naves piscatoriae cum ministris¹⁷ navalibus undis hausti sunt. Mulieres corpora nautarum mersorum¹⁵ praeter¹⁸ litus conquirunt. — *Aquila*, navis Tergestina,¹⁹ quae onus caementi Spolato²⁰ Alexandriam vectura erat, pr. Cal. Ian. prope litus Aegyptium in vadum¹⁴ allisa¹⁴ est.¹⁴ Navis aquā implebatur, itaque nautae eam reliquerunt et navigiis auxiliaribus Alexandriam confugerunt.

Petrus Arnoldus Kronje, qui unus erat ducum in bello, quod res publica Africae meridiana,²¹ anno 1881. cum Britannis gesserat, in²² complexu²² suorum mortuus est.

Pestilentia,²³ quae nunc est in Sina, nonnullis locis vehementissime saevit. Sunt urbes, ubi quotidie 100–150 homines moriantur; sunt, ubi e quadraginta millibus hominum sex millia supersint. Multa cadavera combusta,²⁴ alia insepulta²⁵ iacent.

XIII. Cal. Nov. centesimus annus erit, ex quo Franciscus Liszt civis noster, artis musicae peritissimus natus est. Hac atque insequentibus diebus Budapestini sollemnia anniversaria²⁶ splendidissima celebrabuntur. Artifices clarissimi undique convenient, ut opera Lisztii vocibus²⁷ nervisque²⁷ canant.

Portae²⁸ **Sublimis**²⁸ (Bab-i-alie) aedificia incendio absumpta sunt: tabularium²⁹ imperii chartarumque³⁰ publicarum³⁰ pars

maxima flammis hauriebatur. Ignis in telegraphi domo a camino,³¹ nimis calefacto³² ortus esse videtur, tamen circa centum homines, qui aedium incensarum coarguuntur,³³ in custodiam dati sunt.

Langerie Haute est Galliae meridiana³⁴ vicus, iuxta quem una et viginti foveae³⁵ bestiis³⁵ capiendis,³⁵ antiquissimae inventae sunt. Quae foveae imaginem praeclaram praebent vitae venatoriae,³⁶ qualis fuerit aetate glaciali³⁷ in Galliae meridiana regionibus. Multitudo ossium, quae hic inveniuntur, has regiones olim animalibus abundasse³⁸ testatur. Aetas fovearum auctore³⁹ Reinhardto doctissimo centum millium annorum dici potest.

5 legyöz 6 nyomorúság 7 lakatlan 8 kimerültség 9 kórház 10 élelmiszer 11 gyújtófa 12 többfelé 13 szén 14 zátonyra jut 15 megfullad 16 *Barcino, onis* = Barcelona 17 legénység 18 mentén 19 triesti 20 *Spolatum* = Spalato 21 déli 22 karjai között 23 pestis 24 eléget 25 temetetlen 26 évforduló 27 ének és zene 28 Magas Porta (konstantinápolyi főhivatalok) 29 levél-tár 30 állami iratok 31 kályha 32 fűt 33 vádol 34 déli 35 vadfogóverem 36 vadász 37 jég- 38 bővelkedik 39 állítása szerint.

Quo vadis? II.

Ad fabulam *Henrici Sienkiewiczii* latine scripsit *Adalbertus Danczer*.

M. Vinicius cum narrandi finem fecisset, Petronius eum ad lavationem invitavit. Marcus exutā¹ tunicā piscinam² ingressus aqua tepida conspersit pavementum³ tepidarii, in quo nunc eo clarius apparebant variae deorum dearumque effigies, opere musivo⁴ expressae.

Petronius gaudio et voluptate quadam spectabat egregiā formā iuvenem, qui mox lavandi finem fecit. Nunc Petronii iussu recitator⁵ cum voluminibus tepidarium intravit.

— Visne aures praebere nonnullis carminibus? — interrogavit Petronius.

— Si de tuis carminibus agitur,⁶ libentissime, mi avuncule, si non, malim de aliis rebus tecum confabulari,⁷ his enim temporibus sic⁸ quoque⁸ in plateis ubique cantores poetaeque intercludunt⁹ viam.

1 levet 2 medence 3 padló 4 mozaik 5 felolvasó 6 van szó 7 elcseveg 8 különben is 9 elzár




— Ita est, ut dicis! Nemo quisquam hodie templa, thermas, basilicas, bibliothecas vel tabernas¹⁰ bibliopolarum¹⁰ praetergredi potest, quin in molestos homines incidat,¹¹ qui simiarum¹² modo membra movent auresque praetereuntium ineptiis¹³ obtundunt¹⁴ ac fatigant. Sed nil mirum; ipse Caesar quoque versus facit, igitur multi eum imitantur et docti indoctique versibus scribendis dant¹⁵ operam;¹⁵ tantummodo cavendum illis est, ne meliores scribant, quam *Ahenobarbus*.¹⁶ Hac de causa timeo Lucano. Quod ad me pertinet, tantummodo soluta¹⁷ oratione scribo. Audistine, quid Rufino factum sit?

— Non.

— Veni et sequere me in frigidarium. Dum ibi refrigeramur, enarrabo tibi casum Rufini.

Servus intrans nuntiavit lecticam¹⁸ paratam esse.



Quod Petronius nutatione¹⁹ capitis accepisse²⁰ affirmavit. Tum ambo frigidarium intrabant, in cuius medio fons erat, e quo aquae in altum saliebant. Petronius et Marcus in pulvinis²¹ sericis²¹ consederunt, perfruebantur aurā frigidā silentiumque tenebant. Vinicius diu in cogitationibus²² defixus²² contemplabatur statuas pulcherrimas, quibus frigidarium ornatum erat, cum Petronius silentio²³ rupto²³ interrogare coepit iuvenem.

— Dicas mihi velim, — solesne carmina scribere?

— Ne unum quidem adhuc versum feci.

— Chordasne²⁴ lyrae pulsare²⁴ vel cantare soles?

— Non omnino.

— Forsitan certamini equorum interesse, ibique victoriam consequi soles?

— Quondam Antiochiae saepe intereram certamini, sed semper successu²⁵ carebam.

— Hac ergo curā non debeo sollicitari, dixit Petronius.

— Cuius factionis²⁶ es in circo?

— Factionis prasinae.²⁷

— Recte, nunc iam omnibus curis solutus²⁸ sum. Scito enim, his temporibus maxime conducere²⁹ posse, si quis carmina scribat, psallat,³⁰ recitet, certaminibusque in circo intersit, sed multo melius tutiusque esse, nihil scribere, nihil recitare et certaminibus neutique³¹ interesse, nisi forte, quem cupiditas prava³² teneat admirandi et comprobandi omnia, quaecunque *Ahenobarbus* tractet.³³

— Sed quid cum Rufino, de quo prius mentionem³⁴ fecisti? interrogavit nunc Vinicius.

— Mox tibi omnia in unctorio enarrabo, respondit Petronius. Sed in unctorio, ubi vestiplicae³⁵ expectabant, ut togas virorum corpori applicarent,³⁶ in res alias incidit sermo. Vinicius admirabatur servos atque servas, quae ibi huc et illuc discursabant, ut mandata Petronii quam accuratissime exsequerentur.

10 könyvesbolt 11 rábukkan 12 majom 13 bolondság 14 elkábít 15 adja magát 16 Ércszakállú, Neró családjának (a Domitiusok) mellékneve 17 próza 18 gyaloghintó 19 intés 20 tudomásul vesz 21 selyempárna 22 gondolatokba merülve 23 a csendet megszakítva 24 húrt penget 25 siker 26 párt 27 zöld (a cirkuszbeli pártok színekről voltak elnevezve) 28 ment 29 használ 30 citerázik 31 egyáltalában nem 32 fonák, «alacsony» 33 tesz 34 említés 35 öltöztető 36 alkalmaz, illeszt.



Magister: Dic mihi, mi fili, si tibi sex, deinde unum pomum dedero, quot poma habebis? — **Discipulus:** Octo! — **Magister:** Quo modo? — **Discipulus:** Nam unum iam habeo.

J. Beránek.

Lampsacum erat oppidum, in litore Asia-
tico Hellesponti situm.¹ Eius oppidi civis
erat etiam Anaximenes, magister quondam
Alexandri Magni. Factum est autem, ut
Alexander summo studio² ferretur ad ex-
cidium³ eius oppidi. Tum Anaximenes ad
eum appropinquavit.⁴ Alexander autem, cum
praeceptorem suum aspexisset manifestam-
que⁵ eius missionem⁶ animadvertisset, prae-
occupans⁷ ait: «Sancte iuro me non factu-
rum esse, quod petieris». Tunc Anaximenes:
«Peto, — inquit, — ut Lampsacum diruas».


Haec velocitas⁸ sagacitatis⁹ oppidum in-
clytum¹⁰ ab exitio,¹¹ cui destinatum¹² erat,
liberavit. (j. i.)

Magister: Quid te perturbat,¹³ mi fili?
fortasse haec interrogatio?

Discipulus: Interrogatio minus, quam
responsum. G. Mitosinka.

Philosophus: Quid est vita? Nihil.
Vesperivi dormitum imus, mane exper-
giscimur¹⁴ mortui. O. Albrich.

1 fekvő 2 indulatosság, harag 3 elpusztítás 4 kö-
zeledik 5 nyilvánvaló 6 küldetés 7 élébe vágva
8 gyorsaság 9 éleselméjűség 10 híres 11 pusztulás
12 kijelöl, «kárhozzat» 13 zavar 14 fölébred



I.


Apponuntur pruna,¹ e quibus primus
puer accipit dimidiam partem et unum,
alter reliquorum partem dimidiam addito
uno, tertius reliquorum partem dimidiam
addito uno, quartus accipit prunum ulti-
mum. Quot pruna erant? D. Demény.

II.

Duae litterae sunt, quibus si praeponi-
tur *i*, potentissimum quoddam fit; si *m*,
corrodit² multa; si *p*, desiderat medicum;
si *r*, amoenum est saepe; si *s*, assatum³
iucundum; si *t*, accensum odoratum⁴ su-
blime⁵ fertur.⁵ L. Nagy.

1 prunum szilva 2 rág 3 pörkölt 4 jószagú 5 föl-
felé száll.


III.



Solutiones aenigmatum numeri 11.

I. Viri 8, feminae 12, pueri 6. — II. 28 discipuli. —
III. Accipiunt $152 \frac{8}{21} + 228 \frac{12}{21} + 285 \frac{15}{21} + 333 \frac{7}{21} = 1000$.
IV. Frumentum. — V. Anas, nas, sana. — VI. M +
ARCUS + IUN(C)IUS + (S)ΕΡΩ + TUS = Marcus Iu-
nius Brutus. — VII. 1-75.

Recte dissoluerunt, sed pars tarde miserunt: O. Al-
brich, M. Báý, M. Berger, B. Csánky, L. Engel, Érsek-
újváriensis gymnasii VI. classis, St. Faragó, A. Geist,
F. Gonda, Z. Grosz, P. Gyulay, E. Haas, Z. Hajós,
E. Hegyessy, E. Klein, D. Kolossváry, L. Lichtschein,
Au. Ligeti, A. Pallay, G. Peltenburg (Lugduni Bata-
vorum), St. Sággy, I. Sorger, A. Sóváry, G. Spitz,
A. Szász, G. K. Szemere (tardissime), fratres Théron
(Parisiis), fratres Totis, G. Vavrincez, I. Vilmon, A.
Wahlner, B. Wargha, A. Weisz, I. Weisz, L. Zoufaly.
Praemium Petro Gyulay adiudicatum est.



O. Albrich. Tuorum delectum habeo. — I. Baránek.
Alterum mihi placuit. — M. Berger. Bene rem enar-
asti. — A. baro Csávossy. Nomen urbis illius latine
Londinium dicitur. — A. Eisinger. Non est satis emen-
date compositum. — F. Gyurovics. Pro: humanum
ita delineasti: humanus. — Heigli. Pulchrum est, sed
paullo difficilius. — E. Haas. Si operam dederis, tu
quoque bonum mittes. — L. Hardy. Non satis liquet. —
F. Holló. Aenigma vulgabitur. — I. Huszár. Alterum
bonum erat. — A. Kalmár. Tu unus omnium atten-
tissimus es; sed etiam alii sodales me admonue-
runt illam picturam, Rembrandtii opus, falso Petro
Paulo Rubens attributam esse. Gratias tibi. —
F. Major. Aenigma pulcherrime delineasti; sed timeo
ne difficile sit. — G. Marton. Tua narratio proba-
tur. — G. Mitosinka. Unum vere salse dictum est. —
I. Molnár. Quod desideraveras, exsecutus sum. —
I. L. Nagy. Canis et felis recte commutantur, sed
dissolvi vix poterint. — N. Szegedy. Qua es diligentia,
video te bene scripturum esse. — I. Szendefi. Alterum
placet; descriptionem Iaponicorum tarde misisti. —
I. Szűnyog. Tardius fortasse edetur. — F. Wolff. Mitte-
tur. Lege, quod in numeri 10. Epistoliis scripsi. —
L. Zoufaly. Similibus abundo.

Sumptibus moderatorum ephemeridis: Magyar
Középiskola.